DISPUTATIO MEDICA,

DE

Calculi et Podagrae Nexu.

DISPUTATIO MEDICA,

DE

Calculi et Podagrae Nexu,

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

GULIELMUS TATTERSALL,

ANGLUS,

Societ. Reg. Phys. S. H.

Illud praecipue confirmare licet, quod in medicina exercenda saepius occurrit, ad articulorum dolores, accedere renum dolores. MORGAGNI.

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,XCI.

RICARDO WILLDING

ARMIGERO,

De Llanrhaiader,

In Comitatu Denbigh,

Amico benevolo;

Et

Cognato ſuo dilecto,

Has ſtudiorum primitias

Offert

AUCTOR.

DISPUTATIO MEDICA,

DE

Calculi et Podagrae Nexu.

INTER Calculum et Podagram, cujusmodi nexum plerique fere medici diu suspicati sunt. Atque equidem ubi res, nexus hujusce, speciem prae se tam manifeste ferebant, non tale quidquam revera adesse, credere non poterant.

Eodem in aegro saepissime hi morbi conjuncti fuere. Ii qui diu podagra jactabantur, raro calculi notarum expertes erant, et saepius eadem remedia ambobus proderant.

Eorum, qui dolore renum vel podagrae laboravere, ſoboles, alterutrum promiſcue jure haereditario poſſidere, mulieres ex podagroſis familiis, calculo magis obnoxias eſſe, annotatum eſt. Concretiones, ſpecie ſaltem, iis ex urinae viis ſimiles, articulis, et aliis corporis partibus, poſt podagrae complures impetus, ſaepenumero inventae fuerunt. Fere omnibus podagroſis corporibus quae ſecuit Morgagni, calculi indicia, et calculoſorum aliquibus, haud urinae viis, concretiones extitere.

Utcunque valida haec argumenta, nequaquam validiſſima ſunt: Cauſae etiam conjunctae fuere. Regiones, quibus ſuccus e pomis expreſſus, atque acidi liquores alii abundant, tum podagra tum calculo ſtigmoſae ſunt. Plurium aegrorum loca medicis ſuaſerunt hos morbos nimio acidorum uſui ut tribuerent. Aquam duritiam ejus ab acido recipere invenit Dr Home; et regiones eae quae aqua dura praecipue uti coguntur,

magnum

magnum calculoforum numerum praebent. Conftat apud omnes, ventriculi ftatum quendam, in quo fere perpetua acidi generatio eft, podagrae impetui praeire; conftatque hunc ftatum calculofae materiae collectioni favere.

Haec facta cum fciamus, intimum effe nexum inter calculum et podagram, non poffumus non inferre. Sed quis nexus is eft? Parum lucis adhuc ei affulfit, et tamen magni effe momenti omnes confitemur.

Haud eft juvenum et tyronum, theoremata inferre aut imaginationis nimis licenter per agros palari. Hoc opus difficillimum eft eorum, quibus experientia atque perlectio diffufa, facta factis et argumenta argumentis, componendi peritiam dant: Verumenimvero, experimenta, optimos ad veritatem duces, numerare haud abfurdum fit; quaedam et in calculum nupera experimenta funt, chymicorum clariffimorum Scheele

et Bergmann, quae forſitan magnam, ad hanc rem explicandam, ferre opem videantur.

Cum deciſio eorum diſtat ab illa, quae diu praevaluit, et noſtrum argumentum reſpiciet ad eam, ſynopſis experimentorum haud a re aliena erit.

Ab exitu liquet concretiones urinarias, quanquam colore et textura diſtant, eaſdem eſſe, et e ſubſtantia quadam formari, quam, propter propria quaedam, acidum vocant. Si hae concretiones terram calcaream continent, tam parva eſt ut negligitur a Scheele. Bergmann ſe parvam inveniſſe putavit, ſed non centeſimam totius partem, et dicitur ſe hac opinione hallucinari, et experimentum, de quo pendet, nemini ſatisfacere.

Quomodocunque autem res ſe habeat, talis particula nullam attentionem meretur. Scheele,

calculum

calculum pulverifatum, acido vitriolico, cum calore folvi, fed acidum muriaticum etiam coctum cum eo ne minimum quidem effectum produxiffe, dicit. Haec experimenta fola fatis argumenti funt, calculum non effe terram calcaream. Hujus terrae eft, fe jungere acido vitriolico in concretum minime folvendum, dum ftrenue fe jungit acido muriatico in concretum adeo folubile ut aquam ab aëre circumambiente attrahat.

Calculus acido nitrofo magna vi oppugnatus eft, et eodem acido, aqua mixto cum calore, facile folutus fuit. Acidum facchari, quod terram calcaream ab omnibus acidis attrahit, et fecum adjungit in fubftantiam non aqua folubilem, hac folutione mixtum, nullam praecipitationem effecit, ne quidem alkalinis. Calculi cum acido nitrofo diluto, compofitio lutei coloris fuit. Cum expletio perfecta fuerit, pauxillum acidi retegit, aut odori aut fapori, et fingularem facul-

tatem

tatem habuit cuti maculas rubras dandi. Cum ad ficcitatem exhalata fuerit, rubra et ſpongioſa moles remanſit aqua valde ſolubilis, cui rubrum colorem dedit. Calculus pulveriſatus ſolutione alkalinorum mitium, immutatus manſit, ſed cauſticis omnino ſolutus eſt. Hae etiam ſolutiones lutei coloris fuerunt, et calculus omnibus acidis et aëre fixo praecipitatus fuit. Concretiones urinariae aqua calcis ſolutae fuerunt. ℥iv. aquae grana xii. ſolverunt, et ſolutio alkalinis ſimilis, acidis praecipitata fuit.

Calculus aqua bulliente ſolubilis fuit, ratione granorum viii. ad ℥v. et maxima pars pulchris chryſtallis depoſita eſt, dum ſolutio frigeſceret. Haec ſolutio rubrum colorem, papyro lacmo tincto, dedit. Ex quibus omnibus infert Scheele, materiam concretionum urinariarum non eſſe, ut opinio diu vigebat, calcaream, ſed ſalem acidum peculiarem, quocum animalis gelatinae materiae portio miſcetur. Aqua bulliente ſolubilitas

bitatas et forma quam chryſtalli poſtea ſumpſerunt, eum impulerunt ut exiſtimaret, eam ſalinam ſubſtantiam eſſe. Coloris mutatio ſolutione in lacmum producta indicium acidi fuit.

Obſervationes quas fecit Bergmann ad eandem ferme concluſionem ducunt. Opiniones et argumenta talium chymicorum jure auctoritatem ſummam ſibi vindicaverunt; ſed tamen multi dubitavere an calculi materia acida ſit, necnon.

Acidi nihil omnino ſapuit. Syrupi violarum color ſolutione ejus aqua bulliente non afficitur. Si cum alkalinis vel calce jungatur, ea ſibi propria praefert omnibus acidis diſſimillima,—praecipitatur enim aëre fixo.

E contra, color ruber quem papyro dat lacmo imbuto pro acidi argumento eſt. Lacmus accuratius indicium praebet quam ſuccus violarum,

rum, et minimam acidi quantitatem, certius detegit. Hujus materiae insulsitas oriretur ex aquae incapacitate ad quantitatem solvendam, quae ullum in linguam effectum produceret, cum nihil gustari potest nisi fluida forma applicetur.

Decompositio mixturarum ejus cum alkalinis et calce, ab aëre fixo, nulli e contra argumento ansam praebuit. Probatum est aërem illum acidum esse, et multis, magni nominis, chymicis acidum aëreum vocatur. Haud fuit ergo incredibile calculi materiam acidum esse, cujus attractio alkalinis et terris debilior quam acidi aërei attractio.

Postquam notum esset calculum non esse calcareum, multi putavere mucosum aut gelatinum esse. Huic rei lucem afferre anonymus auctor ingeniosus testatur, se mixturam ejus cum caustico fixo alkali vegetabili diligenter scrutari, et

exitum

exitum pro acidi argumento fuisse. Hae calculorum cum alkalinis compositiones, neque sapore neque specie, quanquam saponis similitudinem, compositi junctione alkalinorum cum partibus animalium gelatinis vel oleosis detexerunt. Idem auctor, se deinde tentasse hanc materiam cum magnesia jungere, dicit, putans probabile fuisse, ut, si acida esset, aliis acidis similis, junctionem cum istius nominis terra permitteret. Rubri coloris, densae texturae, atque gravitatis magnae, concretionem nactus, auctor ille idem, grana pauca, cum magnesiae ustae quantitate aequali, postea mortario vitreo simul tererentur, cum aquae distillatae ℥iv. in phialam deponerentur; suspensis in ignem, aliquandiu, ebullierunt; in bibulam chartam mistura deinde effusa est, et fluidum quod transudavit lutei coloris fuit, calculi in alkali caustico solutioni simile. Ab hac specie junctionem accidisse credidit. Dum frigesceret, turbidum fit, et cinereus

pulvis depoſitus eſt, quo ſcrutato, nec magneſia nec calculus fuit, ſed e duobus compoſitus. Hic pulvis ſtatim rediſſolutus eſt, calore iterum applicato, et ſolutio rurſus pellucida fit. Solutionis hujuſce parti, paucae guttae acidi marini, adduntur, et calculi materia praecipitata eſt; alkali cauſtici parva quantitas alterae additur parti, et magneſia praecipitabatur. Primo exemplo, acidum marinum ſemet cum magneſia conjunxit, et calculum praecipitavit; ſecundo, alkali cauſticum ſe calculi materiae junxit, et magneſiam praecipitavit.

Ex hoc experimento liquidiſſime conſtat materiam concretionum urinariarum acidam eſſe. Alkalina et calx viva, oleoſis reſinaceis, et gelatinis animalium partibus, jungerentur, ſed magneſia, perfecte uſta, aqua bulliente non afficitur; acidis etiam ſolis, in ſolubilia compoſita, ſe jungit. Compoſitum ex calculo cum magneſia facilius aqua, quam ipſe calculus, ſolvi, obſervatum

tum eſt. Si paululum acidi marini miſceatur, ſolutione ſatiata et calida, calculi materia, forma pulveris albi praecipitata, tali quantitate ſubſiſtet, ut toti miſturae floris lactis ſpiſſitatem det. Cum diu ſteterit, particulae hujus pulveris coeuntes largiores fiunt, et imum petunt. Si acidum addatur, ſolutioni compoſiti plurimum dilutae, et miſtura paucis horis maneat, quod praecipitatum eſt in pulchris chryſtallis, lateribus phialae haerentibus, apparet.

Poſt haec experimenta, calculum acidum eſſe, quis dubitet?

His documentis conſtitutis, nempe acidum ante calculoſos dolores, ventriculo, et poſtea veſica, inveniri, oportet ut eos interrogem, qui magis periti ſunt, an acidum ex ventriculo viam in veſicam inveniat?

Sed, antequam pergamus ad eas quaeſtiones, quae ex calculi patefactione oriri videntur, haud

ineptum

ineptum ſit, quod cognitum eſt de calculis, ſaepe in podagroſis inventis, narrare.

Morgagni, de diſſectione podagroſi et calculoſi loquente, dicit, " in renibus minimi late-
" bant calculi, nonnulli nigri, alii *albicantes*
" ſinuoſae praeterea cavae. Ad digitorum ar-
" ticulos, cute ſublata, illico in membrana, ten-
" dines obvolvente, tartarea materia deprehenſa
" eſt, *quae ex albo in flavum colorem vergebat*."
Hic notandum eſt, materias, in renibus et articulis, ſpecie ſaltem, ſimiles eſſe.

Etiam dicit, " cum enim aurifex, podagra
" quotannis laborare ſolitus, petroleo, nec ſe-
" mel, imminente jam morbo, pedes innunxiſ-
" ſet, hunc quidem arcuit; ſed in multo gravi-
" ores incidit, qui abigi non potuerunt, niſi
" quamplurima ex alvo egeſta materia, quae ut
" podagricam fuiſſe facile agnoſcas, *quaſi ex cal-*
" *ce erat aut gypſo recens coagmentato*." Loqui-

tur

tur de tumore in podagroſo qui " ſponte ſe ape-
" ruit, oſtenditque intra corticem ab integu-
" mentis factum, et fibris carneis, nihil niſi ma-
" teriam quae *calcem* alibi duram alibi mollio-
" rem referebat." Sanctorius, a Morgagni citatus, inquit, " ego aliquando vidi, in quadam
" antiqua gonagra phlegma *gypſeum molle, liqui-*
" *dae calci ſimile*, defluxiſſe ad cutem, qua per-
" forata, ita liquidum egreſſum fuit." Eo tempore loqui de calculis tum renibus, tum aliis in corporis partibus, quaſi calcareis, in conſuetudinem venit. Remiſſus ſermo eſt, qui ſine ſcrutatione praevaluiſſe videtur, et qui libris, etiam medicorum, vulgo nimis praevaluit. Sed, cum ars chymica multo magis provehatur, minime idoneum eſſet hujuſce generis res ſine propriorum analyſi nominari.

Harum probationum conſilium eſt, ſimilitudinem concretionum podagroſarum et calculoſarum ut oſtendamus.

Annon veriſimile eſt eaſdem eſſe ?

Illas

Illas non in principia prima unquam resolutas fuisse, et admodum difficulter procurandas vehementer dolendum est. Sed, cum specie tam similes, et fere semper iis inventae sint, qui morbis ambobus jactantur, donec exploratae habeantur, forsan probabile easdem esse videatur.

Et si ita suspicemur, sequiturne acidam materiam, ad renes meantem, calculum, et ad articulos, podagram constituere? Minime decet pro certo affirmare, aut impensius contendere, praecipue donec exploratae sint concretiones podagrosae; sed ullane data sint quae vetant nos credere, acidum ventriculi in sanguinis circuitum recipi et ad renes; si autem ad renes, quare non ad articulos, vehi? Nonne hoc multo probabilius quam acidum ventriculi evanescere, et aliud (etsi eodem fere tempore occurrit) renibus, aut alia quavis corporis parte, incognito modo, secerni? Cur incredibile haberetur acidum, vel ventriculo genitum, vel ore introductum,

tum, chylo miſceri, ac vaſis abſorbentibus recipi? An neceſſario prorſus putandum eſt, acidum ſuam naturam exuere antequam ſanguine miſceatur? Magni nominis chymicis, ſanguis inventus eſt nunc minorem nunc majorem acidi quantitatem continere; et unde derivatur hoc acidum? Podagroſorum urinam ſemper minus acidi continere, quam eorum qui bene valent urina, annotavit M. Berthollet; annotavit etiam, durante podagrae impetu, urinam minus acidi, quam alio quovis tempore, continere. Ex hoc conjecturam facit, acidum phoſphoricum non in podagroſis, ut in aliis, cum urina mingi, ſed extra viam aberrare (ſi ita dicere fas ſit) et ad articulos vehi, ibique irritationem et dolorem infligere.

Sed aliquis mihi forte jure objiciat, me velle pathologiam humorum rurſus ſtabilire conari. Minime. Iſta pathologia merito obſolevit. In ſolidis verae et primariae morborum cauſae ſunt. Nihilominus tamen humores vi-

tiis

tiis ſolidorum geniti, ſecundariam partem agant, alioqui, multorum morborum mancam ut rationem reddamus neceſſe eſt. Non amplius acidum, cauſam calculi aut podagrae, quam collectionem aquarum hydropis, cauſam eſſe putamus. Plane effectus eſt, et debilitatis, praecipue in ventriculo locatae, effectus eſſe videtur.

Sed opinioni, morbidam materiam, podagrae cauſam etiam ſecundariam eſſe, objicitur. Praecipue res objectae hae ſunt; Culleni verbis, "The ſuppoſition of a morbid matter being the "cauſe of the gout, is not conſiſtent with the "phaenomena of the diſeaſe, particularly with "its frequent and ſudden tranſlations from one "part to another." Sic forſan huic reſpondeatur: Podagrae inflammatio morem acquiſivit ſe retinendi ea parte qua incepit, cum actio tam violens, vix ac ne vix quidem, multis in corporis partibus eodem tempore obtineat: Praeſertim ſi ad has partes minus proclivitatis, quavis de cauſa, adeſſe videatur. Cum pedibus oppug-

natur

natur vel obſiſtitur, digitorum articulis, cubito, ventriculi tunicis, et inteſtinis, thoracis viſceribus, cranii tegumentis, cerebro aut ejus membranis, ſe oſtendit; quatenus hac comprimitur, illatenus illa parte, apparet. Harum ſubitarum tranſlationum ratio diu reddita fuit, quod materia depoſita in ſanguinis circuitum recipiatur, et ad partem quae proxime aegrotat vehatur. Sed hujuſce generis ſubitae tranſlationi aſſentire non poſſumus, nec difficultatem ſummovet. Obſtructionem a materia abundante, in multis, eodem tempore, partibus, etſi non omnibus aequalem, fieri judicandum eſt; materiae tranſlatio itaque minime neceſſaria eſt ad has mutationes explanandas. Si morbo opponatur iis partibus in quibus maxima ei proclivitas eſt, cauſa occaſionem praebens eum in altero loco producet, in quo, primo, proclivitas haud tam inſignis fuit. Similiter rheumatiſmo doloris tranſlationes aeque frequentes occurrunt; tamen materiae tranſlationes raro ſuſpectae ſunt. Hic morbus

altera parte oppofitus, altera, cui proclivitas ad fpafmum data fuiffet, faepiffime oritur.

Nec difficultas minueretur, morbidam materiam abnegando; nam, a quoquam quod animalis oeconomiae cognofcimus, aeque difficile eft dicere quomodo partes remotae, nec nervis nec fibris mufculofis junctae, et vix ullum cum alterutris confortium habentes, folidorum vitiis ac morbida materia afficiantur.

Alia res objecta haec eft. Doctor Cullen etiam dicit, 'If a morbid matter did exift, its o-
'peration fhould be fimilar in the feveral parts
'which it attacks; whereas it feems to be very
'different, being ftimulant, and exciting inflam-
'mation in the joints, but fedative and deftroy-
'ing tone in the ftomach, which, upon the fup-
'pofition of particular matter acting in both
'cafes, is not to be explained by any difference
'in the part affected.' Cur non explicandum

eft

eſt diſſimilitudine partis affectae ? Quodque organum ſuum ſtimulum habet ; multi atque ſtimuli, modo valde diverſo, in diſſimilia organa agunt. Certe non liquet, morbidae materiae effectum, in diverſas corporis partes, ſimilem eſſe. Urina et ſanguis, ſuis organis, modici tantum ſtimuli, ventriculo et inteſtinis vehementes ſunt. Ipecacuanha et antimonium, linguae nulli, ſed ventriculo fortes ſtimuli ſunt. Ut dicit auctor Conſpectus, ‘ eaedem res quae ‘ certos muſculos ad motus vehementiſſime in- ‘ citant, alios parum afficiunt :’ Et cum ſtimuli vehementius applicati partium vigorem concidunt; (e. g. potus inebrians) liceatne ut putemus, hanc materiam articulos ad inflammationem, et ventriculum ad nauſeam, incitare ? Denique, diſſimilia organa, eadem cauſa diverſo modo afſici, (et nil intereſt an haec cauſa, materia, aut vis naturae medicatrix ſit), verbis Culleni ipſius liquet. Loquens de podagra retrocedente dicit, ‘ The internal part moſt commonly affected

‘ is

'is the ſtomach, which is then affected with anxiety, ſickneſs, vomiting, or violent pain; but ſometimes the internal part is the heart, which gives occaſion to a ſyncope; ſometimes it is the lungs which are affected with aſthma; and ſometimes it is the head, giving occaſion to apoplexy or palſy. In all theſe caſes there can be no doubt of the ſymptoms being all a part of the ſame diſeaſe, however different the affection may ſeem to be in the parts which it attacks.'

Nunc quaſdam res deliberandas proponamus, eo conſilio, ut morbidam materiam, podagrae impetum, *poſſe* praeire, oſtendamus. Idaea, in praeſenti, prodiit in medium, ſanguinem omnino homogeneum eſſe, et valde abſurdam opinionem fore, quicquam alienum cum eo miſceri. Sed de quo pendet haec idaea? Maxime, ut videatur, in experimentis quae probare adducuntur, nullam putredinem in ſanguine contineri.

neri. Ea res ita ſe habeat, et tamen minime probet ſanguinem nil unquam extraneum continere. Quantum intelligo, nulla experimenta habemus quae hoc probant, et facta prope infinita longe aliter ſpectantia. Oleum terebinthinae, atque multa alia, urina percipiuntur. Acrium, vel ventriculo genitorum, vel ore receptorum, quaedam reſorberentur; itane vero credibile eſt ſe totam naturam ſubito exuere? Multum, aliis rebus, commiſceantur, conceditur; propria primaeva tamen aliquandiu retineant. Acidum, quod lithicum audit, idem eſſe cum eo inteſtinis invento, haudquaquam contenditur; ſi autem ab hoc, aliquo modo adhibito, oriri confirmemus, omne punctum tulerimus: Et quare non aeque veriſimile ſit ac adipem corporis, (quod apud medicos, praecipue Cullen et Storck, conſentitur), aliqua ex parte, ex adipe conſumpta oriri? Niſi chymiae leges, etiam corpore vivo, quodammodo ſancirentur, magna materiae medicae pars fruſtra laboraverit;

verit; et si hae leges ullum locum habeant, acida atque alkalina sibimet contraria postulant, priusquam satiari possunt.

Febris quae podagrae impetum comitatur, et sudoris beneficium, ad materiam morbidam demonstrandam vix satis esse videntur; quippe quae morbos comitantur, quibus materia morbida nequaquam suspecta est; sed junctae acidis sudoribus, quae podagra tam insignes sunt, et beneficio saepe vesicatoriis acquisito, forsitan conjecturae parum praebere putentur: Non ignarus autem his argumentis multas res objici posse, iis minime nitor. Alterum argumentum est, alkalinorum beneficium. Hoc multo magis tendit ad rem; prosunt enim tum calculo tum podagrae, prosunt atque plus quam alia quae evacuant, aut mucum formant, aut quam seipsa in saponem composita; remedium ergo quod praebent melius explicandum esse videtur, se

acidum

acidum invenire, quod neutrum reddunt; exiſtimando.

Oeconomiae animalis actiones naturales, non per chymiae principia explicandas eſſe, conceditur: Sed corporis materia actioni chymicae, ab extra materiae expoſita eſt. In fluidis animalium, ſales talibus attractionibus qualibus in alio quovis loco ſubjiciuntur, et externae materiae introductione, ſeparari poſſunt. Cum applicentur cauſtica, videmus, vitae ipſius vires, attractionis chymicae legi praepotenti cedere cogi. Quo validior, ſi fieri poſſet, haec lex, in materiam, quae naturae excrementi accedere, et idcirco non vitalis eſſe videtur.

Alkalina, antequam urina aut ſanguine miſceantur, materiae, ab inteſtinis, mucoſae juncta eſſe, conceditur: Cum autem calculum ſui generis acidum eſſe ſupra probatum ſit, atque conſentaneum reddatur, materiam eſſe podagrae

quae

quae fere eadem eſt, quaeſtio, de ſolutione, ab alkalinorum attractione huic acido, aut rebus mucoſis, pendet. Alkalinorum compoſitio cum quavis materia, cui minorem attractionem, quam acido concreſcenti, oſtendunt, pro menſtruo ſervat, a quo hoc acidum dilutum ac neutrum redditum erit.

Aliud argumentum hoc eſt. Dolor ac inflammatio facilius explicatu videntur, morbidam materiam adeſſe, admittendo.

In omnibus ferme caſibus, in quibus eo miſeriae proventum eſt, morbida materia patefacta eſt; nec facile ſit dictu quomodo, in hoc caſu, pura ſolidorum actione, ſine tali intermedio, ſymptomata oriantur. Nec objici poteſt morbum ſaepiſſime ſine materiae evidentia abſolvi; aliae inflammationes enim, quae à materia irritante pendere cognitae ſunt, ſaepe eodem modo deſinunt; juſte autem cenſeamus hanc

materiam

materiam perſpiratione, atque partium extenſione, diſſipari.

Sic itaque colligere fas ſit, cum podagroſarum concretionum plurima exempla in mentem revocemus, minime neceſſe eſt a priori arguere, aut rationes dicere, quae eas *eſſe poſſe* oſtendant, cum ſe *eſſe* aſſeramus. Et omnium medicorum judicio communi referamus, an credibilius ſit, earum materiam adfuiſſe, atque indicia morbi effeciſſe, an haec indicia ab ignota cauſa orta eſſe, et has concretiones partibus ex fluidis formari. Nec eſt quod quiſquam objiciat, eas concretiones non ſemper, immo raro, apparere, nec niſi diuturno et ſaepius iterato morbo conſpici; ſi enim ſaepius atque iterum obſervatae ſint, proclivitatem ad eas formandas, ex eo morbo oriri, fatendum eſt.

Maxime idoneis argumentis ſic ad finem perductis, modum, hos morbos medendi ineamus;

mus; firmiori autem fiducia hunc aggrediamur, cum nequaquam ab opinionibus pendet, ſed talis ſit qualis experientia ſanxit.

Cum ea pars medendi conſilii, qua pathemata urgentia ſublevantur, omnibus medicinam facientibus eodem modo intelligatur et ſubminiſtretur, quippe quae neceſſitatis magis quam electionis ſit, praetermittenda eſſe videatur, atque eam partem quae victus regimine ſtat, (qua ſola hicce morbus fugatur) potius contemplabimur. Haec pars indicationibus ſequentibus includetur.

Imprimus acidi abolitio.

Alkalinis et abſorbentibus remediis, hoc aggrediamur. Ex alkalinis, duo fixa propriora ſunt, et diſcrimen inter ea parum refert. Cum cauſtica nimis acria ſunt, acido aëreo jungantur. Hoc inventum eſt, praeſertim a Doctore Falconer, calculoſis doloribus, felices eorum

effectus adeo non interpellat ut juvat. Junctio eorum cum oleis incommodum esse videtur; nam, ut monet Doctor Gregory, oleum quod purum vix fieri possit, et quod, haud improbabiliter, rancidum sit, ventriculo introducere, saltem inutile est, et saepe nocet. Forsitan sic, ut effectibus eorum praecavendis occurramus, mucosis materiis jungantur.

Terrenae res, quibus plerumque ad acidum ventriculo corrigendum, utuntur medici, calcarea terra et magnesia sunt.

Alkalina et calcem nocere opinio fuit, et cum abundantur, vel diu accipiantur, nocere videntur: Doses autem pro ratione acidi componantur, atque melius esse videtur iis frequenter parce quam semel copiose uti. Si recte tractentur, et alia regiminis, eodem tempore, rite curentur, non opus erit ut iis tamdiu utamur ut nocerent.

Indicatio ſecunda eſt, cavere ne acidum ventriculo redundet. Victus animalis non acidus fieri videtur; atque ergo prima facie appareat, eum, eos morbos, qui ab acido oriuntur, avertere; ſed aliquando vegetabilium ad actum fermentandi proclivitatem auxiſſe, opinati ſunt medici, et acida, primis viis, eum interdicendo, correcta fuiſſe. Ex victu animali is cui lautiſſimus ſapor eſt, prae aliis, incongruens erit.

Lac atque ſemina farinacea, ut raro difficilia concoctu, calculoſis et podagroſis maxime conveniunt.

Nimium ſacchari minime ſumendum eſt.

His morbis laborantes oportet cibi appetentiam fraenare, et, quantum fieri poteſt, ex ſola patina, ei ſatisfacere. Ante omnia caenis gravibus, et guſtui jucundis, minime indulgendum eſt. Uſu rerum quae fermentandi actum reprimunt,

munt, acidi ventriculo formationi aliquando obviam itur. Hac via remedia amara frequenter profunt.

Indicatio poftrema eft acidis parcere. Haec, five innata, five actu fermentandi producta funt; et e duobus, innata, minimam injuriam, afferre videntur, etiam ne nocere quidem nifi copiofius confumpta, vel ab iis qui jampridem debilitati funt. Liquoribus autem fermentatis, in univerfum, acidi plufve minufve, quod noxium effe videtur. Praecipue nocetur, iis liquoribus fermentatis, qui acidum feriens guftum continent. Omnia vina, propter eorum acorem, rejicienda funt. Fermentatus fuccus e pomis expreffus calculofos et podagrofos dolores vehementer accendit.

Newman dicit, liquoribus, cujufvis generis, ex byne confectis, aliquid acidi ineffe. Multis hujufcemodi vix animadverfione dignum eft; cum

cum autem morbi tam formidolosi, quam calculi et podagrae timeantur, satius esset omnino ab iis abhorrere.

His indicationibus peractis, superest ut de debilitate, maxime ventriculi, differemus, quae horum morborum propria et praecipua causa esse videtur; et cui, nisi obviam eatur, curatio imperfecta esset.

Ventriculi vires ad pristinam sanitatem revocare, medici variis remediis usi sunt, vegetabilibus amaris, fere omnigenis, imprimis cortice Peruviano. Tum ventriculum roborando, tum proclivitatem ad acidum corrigendo, saepe calculosis et podagrosis profuere. Quae quidem, quamvis utilissima, nequaquam ultra modum exhibenda; haud enim desunt exempla in quibus plus mali quam boni effecere.

Chalybis praeparationes ventriculi vires saepe

con-

concoctionis potentiores reddidere; sed nequaquam tam utiles quam animi relaxatio et exercitatio crebra. Ventriculi actio partium externarum actioni arcte et exquisite alligata est. Cum autem ventriculus alacriter agat, nil acidi formatur.

Quarundam aquarum mineralium effectus similes exercitationi, cui forsitan plus ascribendi sunt quam nos opinemur.

Haec loca fere semper curas levant, valetudinarios ad exercitationem incitant, quandoque etiam virtutes aquarum sine dubio aliquatenus iis prosunt. Nimia sine artis nostrae fiducia, liceat ut dicamus, hos modos, constitutione non luxu aut senectute defloccata, prorsus secundos fore.

Hoc modo ratio medendi ad extremum producta est. An ejus congruentia cum ea, quam felicis-

felicissimi, medicinae professores elegerunt, praecedentibus conjecturis, clariorem verisimilitudinem det, non nostrum est statuere; nunc autem cum appareat, has non ad errores, alicujus momenti, medicinam faciendo conducere, sperandum est, eas, summa diffidentia, propositas, benigno judicio accipiendas, donec tempus et comprobata indicia, vel extrema dubia, exemerint.

FINIS.